 **O**niuro te Principem Arcan Regem, ad hec fortius, et districtius per omnia supradicta <sup>auctoritate</sup> et per omnibus, quibus fugari poteris, Dni nostri Iesu Christi Nazareni crucifixi, te supradictum Principem qui non possis dicere aliquod mendacium, Coniuro, contestor, et constringo

88  
ingo, ac impero, cogo, et item costringo per omnes Angelos, Arcangelos, Tronos, Dominationes, Principatus, Potestates, Virtutes, Cherubin, et Seraphin, quorum gloria, et Societate tuis sceleribus justissime perenniter privatus fuisti, et per hec Santissima nomina Angelorum Dei, Michael, Gabriel, Raphael, et per omnia alia nomina Angelorum, quod statim, et sine mora, sicut te, et ceteri reprobati merito Societate, et gloria prefatorum Sanctorum Angelorum perenniter privatus fuisti, et penis facti deputate, et sicut predestinate cum supradictis Sanctis Angelis gloria eterna gaudebunt, et Deo fruuntur, et tu qui eras major, et nunc es minor, nisi venias in meam presentiam, crucificiaberis cum Lucifero, et alijs sibi subiectis in penis infernalibus ardentibus; ita te nunc statim, et sine mora, immediatē tanquam deviate, et fugate auctoritate, et potestate Domini nostri Iesu Christi Nazareni Crucifixi, ut ubi maneris, aut in loco deserto, aut alibi etiam venias ad meam presentiam sine mora et occasione postposita: alioquin in virtute Dei Patris, et Filij, et Spiritus Sancti, Auctoritate Dni nostri Iesu Christi Nazareni per omni supradicta



dicta sit Lucifer spiritus ille, cum omnibus  
subditis suis, et cum omnibus furijs, et penis  
feti nunc contrate omni sua indignatione,  
et furia indignatus, surgat, et irruat, et te  
statim per omnia supradicta in stagnum, ig-  
nis, et sulphuris, et in profundum abyssi trahat  
et usque ad diem Iudicij, tanquam ipse, ibit  
omnibus penis infernalibus feti acriter cru-  
ciet, per omnia supradicta. Amen ~ ~ ~

**Chiamata III.**



niuro te Principem  
Samax Regem, in  
nominibus, et myste-  
rijs Dei, et auctori-  
tate Domini nostri Iesu Christi Nazare-  
ni Crucifixi tibi fructissimé Imperio, per  
omnes Sanctos eius Pontifices, Confessores,  
Doctores, monachos, et Eremitas, Sacerdotes,  
et Levitas, scilicet Gregorium, Ambrosium,  
Cisprianum, Geminianum, Bernardinum,  
Franciscum, Dominicum, Paulum primu  
Eremitam, Antonium, et Beatum Nicolaum  
de

de Tolentino, et per omnem eorum Benedictam  
vitam, et per omnia merita, orationes, et operatio-  
nes eorum. Et sicut Angelus ligavit Serpentem  
tortuosum; ira omnis tua potentia, et cuius libet  
alterius tibi sit faventi ligata, per hec ss. ma Filij  
Dei nomina, et virtutem ipsorum, scilicet Pri-  
mogenitus, Sapiencia, Virtus, Sol, Splen-  
dor, Lux, Gloria, Panis, Fons, Sa-  
lus, Mons, Ostium, Petra, Verbum,  
Sponsus, Pastor, Propheta, Mediator,  
Agnus, Ovis, Vitis, Veritas, Via,  
Leo, Lumen de Lumine, quod immedia-  
te sicut ipsi supradicti Sancti gaudent cum  
Christo, et Ceteri Beati in gloria eterna: ita  
tu recedas istuc, et veni immedie ad me, pre-  
sentiam, eo modo, et ea conditione, ut supe-  
rius tibi sepe mandavi, alioquin per omnia  
supradicta strictissime, et potentissime, aucto-  
ritate Domini nostri Iesu Christi Nazare-  
ni Crucifixi, ex nunc mando, et Impero Lu-  
cifero, et omnibus furijs infernalibus, ut sta-  
tim, et sine mora fac illo modo, quod tibi di-  
xi supra, et nisi facies istud, contra te insur-  
gant, et irruant, ac in stagnum ignis, et sulphu-  
ris



ris, et in profundum abyssi indispensabiliter  
ducant, et ligent te in omnibus penis simul,  
nullo deficiente, et te Dei, et Sanctorum no-  
minum eius rebellem cruciet, et affligant us-  
que ad diem Iudicij. In nomine Patris, et  
Filiij, et Spiritus Sancti. Amen

### Chiamata IV



**C**oniuo te Principem Mo-  
diat Regem, et adiuo,  
impero, cogo, et costringo te Dei  
rebellem Spiritum immundissimum, dignum  
tuorum immensorum nefandissimorum Sce-  
lerum, eterneq: meretricie peneq: tibi pleno  
omni superbia, rebellionis falsitate, abusione,  
spurcitiq: dolo, frictissime impero, et man-  
do per potentissimum, et corroborantissimu  
nomen Dei El, forte, et admirabile, atq:  
impero per eum, qui dixit, et facta sunt, et p  
omnia ipsius nomina. Per ipsum te conjuro,  
per quem Noe liberatus fuit cum tota  
sua familia ab aquis diluvij. Et per eum  
te conjuro, per quem Isaac liberatus fuit  
de occisione patris sui Abrahę. Conjuro  
te

90  
te supradictum Dei rebellem, ac viriliter impero  
per illum, quem Iacob audivit secum luctante,  
et liberatus fuit de manu Esau fratris sui; Con-  
juro, et atque viriliter impero. tibi supradicto  
Spiritu Dei rebelli per Deum Sanctum, quem  
Moyses in monte Oreb audivit, et meruit  
loqui cum ipso, et eum audire in flamma lo-  
quentem. Per ipsum te costringo, quem Moy-  
ses nominavit, et omnes aque fluminum, et  
paludum de Terram Aegypti versę, sunt in  
sanguinem, et computruerunt. Et per illum te  
adiuro, quem Moyses nominavit, et omnes  
fluvij ebullierunt, tanque ascenderunt in  
domos Aegyptiorum omnia destruentes. Per  
eum te adiuo, quem Moyses nominavit  
percutiens pulverem Terre, et facti sunt Cy-  
niphes in omnibus jumentis Aegypti, ipsos  
gravando, et molestando. Per ipsum te conjuro,  
quem Moyses nominavit, et gravis pestis per-  
cussit omnes asinos, boves, et camelos, et mor-  
tui sunt. Conjuro te per Deum, per quem  
Moyses tulit cinerem, et illum sparsit in  
aerem, et facta sunt vulnera vexicarum  
in hominibus, et jumentis in omni Terra A-  
egypti



gypti: Per ipsum te costringo, † quem Moyses nominavit et fuit grando talis, qualis non fuit ab initio Mundi usque ad presens tempus, ita quod homines, et jumenta, que erant in agris, ceciderunt, et mortua sunt. Per ipsum te adiuro, † quem Moyses nominavit, et fuerunt locuste, et apparuerunt super faciem Terre, et devoraverunt, que residua fuerunt grandini. Coniuro te † per illum, quem Moyses nominavit, et tenebre facte fuerunt horribilis tribus diebus, et tribus noctibus. Et per eum, quem Moyses nominavit, et omnia primogenita Aegypti perierunt. Per ipsum te adiuro, † quem Moyses nominavit, et totum populum Israeliticum de captivitate potenter liberavit, et per omnia suprascripta, coniuro, impero, cogo, et costringo, ut venias statim in meam presentiam, aliter nisi mihi obedias impero, ut eas in profundum maris Amen

**Chiamato Va**



niuro te Principem Sat  
Regem per hec ss.<sup>ma</sup> nomina  
Dei, Hel, † Heloym, † Helto  
†

91  
† Adonay † Saday † Lux † Tetagram=  
mator † Alpha et Omega † Messias † So-  
ter † Emmanuel † Sabaoth † Sapientia † Vir-  
tus † Via † Veritas † Vita † Hagios † Ho-  
† Theos † Ischirost † Athanatos † Princi-  
pium, et Finis, † et per omnia alia nomina  
Dei, tam nota, quam ignota; tam mortalibus  
creaturis, quam immortalibus te costringo, ut a  
modo non comprimatis, nec comprimere possitis,  
nec ledati, nec ledere possitis, sed sine formida-  
tione horribili veni in meam presentiam, et exi-  
huc, sicut fluit fumus a facie venti: et si-  
cut fluit cera a facie ignis; sic subito, et im-  
mediate eo modo, et conditione, ut superius  
iniunxi recelas, et fac omne quod tibi dixi  
supra. Et sicut per manus B. Iacobi Zebe-  
dei, Philetus liberatus fuit a ligationibus in-  
sidiorum Hermogenis, ita auctoritate Dni  
nostri Iesu Christi Nazareni crucifixi te  
supradictum spiritum horribilem, et formidabi-  
lem, qui me magistrum non offendas, et occu-  
pare, et molestare tua obstinata rebellionem non  
cessas, coniuro, † contestor, et potenter coniuro,  
ac tibi viriliter impero, cogo, costringo, fugo,  
et



et expello te Principem supradictum Spiritum  
per omnem potentiam Dei Patris per om-  
nem Sapientiam Dei Filij, et per omne  
Virtutem Dei Spiritus Sancti, quia Chris-  
tus vincit Christus Regnat Christus  
Imperat, et tibi precipio, quod immediate  
tamquam devictus, et fugatus auctoritate, et  
potestate Domini nostri Iesu Christi Naza-  
reni crucifixi ut facies sicut supra, eo mo-  
do, et ea conditione, ut superius iniunxi, et  
nisi facias hec ut supra in ad locum desertum  
ubi deinceps mihi nullum mendacium dice-  
re possis. Alioquin per omnia supradicta  
firmissime, et potentissime auctoritate,  
et potestate Domini nostri Iesu Christi  
Nazareni Crucifixi ex nunc mando, et  
Impero Lucifero, Beelzebub, Satanae, et  
omnibus furijs infernalibus, ut statim, et  
sine mora contra te insurgant, et in stag-  
num ignis, et sulphuris, et in profundum  
abyssi eternaliter te concremandum preci-  
pitent, atque indispensabiliter ligent te om-  
nibus peni simul nulla deficiente, et te Dei  
et Sanctorum nominum eius, et nisi  
facies

facies hec tibi sint omnia usque in diem Judi-  
cium, et sine mora veni ad meam prese-  
ntiam. Amen ~ ~ ~

### Chiamata VI



niuro te Princeps Sara-  
botes Rex per illam ve-  
nerandam Annunciationem, quod  
fecit Angelus Gabriel Virgini Marie;  
dicens Ave Maria Grati plena Domi-  
us tecum. Et per illam humilem, atque  
prudentem responsionem, quam dixit An-  
gelo: Ecce Ancilla Domini fiat mihi se-  
cundum verbum tuum; et per illam rive-  
rentiam, quam fecit Santos Ioannes Baptis-  
tam Domino nostro Iesu Christo, dum am-  
bo essent in corpore matrum. Et per nati-  
vitatem eiusdem Domino nostro Iesu  
Christi, et per pannos, quibus fuit invo-  
ltus, et per aquam in quam primo baptizatus  
fuit, et per miracula, que apparuerunt, qua-  
ndo Christus natus fuit, et per annuncia-  
tionem, quam fecit Angelus Dei pastoris



bus, dicens Annuncio vobis gaudium magnum,  
quia natus est hodie Salvator mundi. Per  
Circumcisionem Christi, per oblationem Vir-  
ginis Marie, quando obtulit eum in templo,  
et per reverentiam, quam fecit ei Simeon, qua-  
ndo dixit: Nunc dimittis servum tuum Do-  
mine, totum, et per disputationem Iesu  
Christi, et per sanctum Baptisimum eius,  
quando Ioannes eum baptizavit in Iordane  
Flumine, et per columbam, que tulit spiri-  
tum sanctum super caput eius, et per vocem  
mirabilem Dei vivi dicentem: Hic est enim  
Filius meus dilectus, in quo mihi be-  
ne complacui, ut statim recedas huc sine  
mora, et dic mihi veritatem, et per hec nomi-  
na Dei, et Christi, Hagios† Soter† messias†  
Sabaoth† Emmanuel† Adonay† Ho†  
Teos† Athanatos† Tetagrammaton†  
Iesus† Christus† Heloym† Homou-  
sion† Salvator† Alpha† et Omega†  
Primogenitus† Principium† et Finis†  
Via† Veritas† Vita† Virtus† Para-  
cletus† Sapientia† mediator† Agnus†  
Oris† Leo† Os† Verbum† Imago† Luce†  
Gloria†

93  
Gloria† Sol† Splendor† Panis† Fons†  
Ostium† Sponsus† Pastor† Sacerdos† Pro-  
pheta† Sanctus† Omnipotens† Misericors  
† Deus Immortalis† Rex Pacificus† orient†  
Charitas† Mons† Æternus† Creator† Re-  
demptor† Vitis† Stella† Substantia† Bo-  
nitas† Summum Bonum† Spes† Fides†  
Honor† Spiritus† Ischyros† Flos† Filius  
† Primus, † et Novissimus. Et per ista san-  
ctissima nomina conjuro te ut venias statim  
in meam presentiam, et sine mora, et dic mihi  
Veritatem, die, noctius, et omni hora diei, et no-  
ctis, et per misericordiam Domini. Et sicut  
promisit in suo sancto nomine, ita fiat sua am-  
plissima potentia, virtute, et misericordia, et  
nis facias hec per ista sanctissima verba, con-  
juro te ut ligaris in columna, ubi nemo te le-  
vare possit. Amen ~ ~ ~

*Chiamata VII edulis*



niurote Princeps  
Maymon Rex,  
qui manes hic, cu-  
ius cumque nomi-  
nis sitis, et omnes tibi faven-  
tes



tes cuiuscumque presidentie sint, ut magister,  
qui venit a parte Iesu Christi, habens plenam  
auctoritatem, libertatem, et potentiam, et tibi  
eidem nunc frictissime iniungo, mando, et im-  
pero per hec Dei nomina S. S. <sup>ma</sup> I. H. E. I. H. E.  
I. O. Y. M. I. A. D. O. N. A. Y. I. S. A. D. A. Y. I. S. A. I. H. O. U. A. T.  
A. G. L. A. I. E. M. M. A. N. U. E. L. I. H. A. G. I. O. S. I. H. O. T. E. O. S. I.  
I. S. C. H. I. R. O. S. I. A. T. H. O. N. A. T. O. S. I. A. L. P. H. A. I. E. T. O. M. E.  
G. A. S. A. N. C. T. U. S. S. A. N. C. T. U. S. S. A. N. C. T. U. S. D. O. M. I. N. U. S. D. E.  
U. S. S. A. B. A. O. T. H. P. A. T. E. R. V. E. R. B. U. M. E. T. S. P. I. R. I. T. U. S. S. A. N.  
C. T. U. S. S. S. <sup>ma</sup> T. R. I. N. I. T. A. S. U. N. U. S. D. E. U. S. C. R. E. A. T. O. R.  
o. m. n. i. u. m. q. u. o. d. s. t. a. t. i. m. i. m. m. e. d. i. a. t. e. r. e. m. o. t. a. o. m.  
n. i. c. a. u. s. a. t. e. i. d. e. m. s. p. i. r. i. t. u. s. h. a. b. i. t. a. n. s. h. i. c. v. e. n. i.  
i. n. p. r. e. s. e. n. t. i. a. m. m. e. a. m. d. e. q. u. o. c. u. m. q. u. e. l. o. c. o. u.  
b. i. c. u. m. q. u. e. l. a. t. i. t. a. s. r. e. c. e. d. a. s. e. t. v. e. n. i. c. o. r. a. m. m. e. a. m.  
a. s. c. e. n. d. a. s. n. o. n. r. e. c. e. s. s. u. r. u. s. s. i. n. e. m. e. a. l. i. c. e. n. t. i. a. e. t.  
l. o. q. u. a. r. i. s. m. e. c. u. m. v. e. r. i. t. a. t. e. m. d. e. o. m. n. i. i. l. l. o. q. u. o. d.  
t. e. i. n. t. e. r. r. o. g. a. r. e. v. o. l. u. e. r. o. a. p. e. r. t. e. e. t. d. a. r. e. s. i. c. q. u. o. d.  
t. e. i. n. t. e. l. l. i. g. a. m. b. e. n. e. e. t. e. x. n. u. n. c. t. i. b. i. i. m. p. e. r. o.  
p. e. r. o. m. n. i. a. q. u. e. i. n. n. o. m. i. n. e. I. e. s. u. C. h. r. i. s. t. i. t. e.  
c. o. g. e. r. e. l. i. g. a. r. i. e. e. t. a. f. f. l. i. g. e. r. e. p. o. s. s. u. n. t. u. t. n. a. r. r. e. s.  
m. i. h. i. v. e. r. i. t. a. t. e. m. q. u. o. d. d. e. i. n. d. e. p. s. m. i. h. i. o. b. e. d. i. e. s.  
a. l. i. o. q. u. i. n. p. e. r. o. m. n. i. a. s. u. p. r. a. d. i. c. t. a. n. i. s. i. f. a. c. i. e. s. c. o. n.  
j. u. r. o. u. t. e. a. s. i. n. p. r. o. f. u. n. d. u. m. a. b. y. s. s. i. e. t. i. b. i. d. e. m.

te poten-

94  
te potenter ligo, et relego indissolubiliter usque  
ad ultimum diem Iudicij indispensabili-  
ter auctoritate Domini nostri Iesu Christi  
Nazareni crucifixi dicentis: Signa autem eos,  
qui in me crediderint, hec sequentur. In no-  
mine meo demonia eijecent, linguis loquentur  
novis, serpentes tollent, et si mortiferum quid  
biberint, non eis nocebit. Super eos manus  
imponent, et bene habebunt. Et sicut ipse met  
Deus verbum caro factum est homo, natus  
est ex Virgine Maria, et habitavit in mun-  
dum, verus Deus, et verus homo, una per-  
sona predicans Evangelium salutis eter-  
ne, sanans infirmos, et dimittens peccata,  
ac suscitans mortuos, ita per omnia su-  
pradicta ego ut Magister, qui ex parte  
Iesu Christi venio, et ex Maria Virgine,  
et ex parte Dei Patris, et Filij, et Spiritus  
Sancti te conjuro, et adjuro, cogo, et vi-  
riliter constringo, tibi que eidem frictis-  
sime impero, et mando, quod in omnibus  
mihi obedias vere, et sine mora nunc, et sem-  
per. Amen *aaa*



## Cap. XIII.

Et si nec audire, nec obedire voluerint, accipe ignem, et sulphur, et Demoniacum, velint, nolint, Diu super dictum sulphur, et ignem facias fumigari, et etiam accipe illas suffumigationes fetidas, secundum artem, donec de omnibus que tibi placuerint dixerint veritatem.

**I**terum conjuro vos omnes supradictos Reges Principes, spiritus Dei rebelles, et immundissimos vestrorum scelerum, quibus data est potestas esse Principes, per Patrem, et Filium, et Spiritum Sanctum, ut subito recedatis huc, et venite coram me. Conjuro vos, et impero vobis per omnes Sanctas Virgines, et continentes. Conjuro vos, et impero vobis per Sanctam Mariam Magda-

lensem

95  
lenam, Catharinam, Agnetem, Luciam, Agatham, Margheritam, Dorotheam, Ursolam, et societatem suam, Annam, Elisabeth, et ceteras Dei Virgines, Viduas, et continentes, ut exeatis huc, et adimplete meam voluntatem. Iterum conjuro vos omnes supradictos spiritus Dei rebelles, per Beatissimam Virginem Mariam, Matrem Domini nostri Iesu Christi, per nativitatem suam, per Virginitatem suam, per Conceptionem suam, per Sanctissimum lac suum, quod proprio ore suscepit, qui vocatus est Alpha, et Omega, Iota, Saday, Emmanuel, Tetagrammaton, et per merita sua, et per omnia bona, que dici, et cogitari possunt de Beatissima Virgine Maria, et per omnia nomina Beatissime Virginis Marie, scilicet, Virgo, Flos, Nubes, Regina, Theotochos, Imperatrix, Dna, Aurora, Ancilla, Hortus, Fons, Puteus, Luna, Sol, Porta, Domus, Beata, Gloriosa, Pia, Stula, Rubus, Scala, Stella, Turris, Auxiliatrix, Arca, Thalamus, Margarita, Tabernaculum, Amica, Vellus, Pal-

crata



era, Mater, Alma, Speciosa, For-  
mosa, Benedicta, Sponsa Maria, et  
per omnia nomina s. s. ma supradicta ut ni-  
si mihi obediatis, impero, ut eati in sta-  
gnum ignis, et sulphuris precipito, et eter-  
naliter condemno, et sicut Beata Virgo  
Maria, et supradictae Dei Virgines, et Vi-  
duae, et continentiae gaudent cum Christo  
gloria eterna, ita vos immediate, in nomine  
Domini nostri Iesu Christi Nazareni cru-  
cifixi, et per virtutem suae passionis rece-  
datis subito huc, et venite ad meam prese-  
ntiam, et obedite mihi, et facite omne quod  
ego dico vobis, eo modo, et ea conditione ut  
superius vobis injunxi: alioquin per omnia  
supradicta sitis ipso facto lapsi indissolu-  
biliter in omnem damnationem, et penam  
superius dictam, et expressam tam quam  
Dei rebelles Amen.

## Cap. XIV.

Hic

Hic maledictione completa contra eos nisi  
voluerint obedire accipiantur sulphur Galba-  
nus Asa fetida Aristochia Hypericon et Rista  
omnia simul benedicta propria benedictione  
asperge et aquae huius artis sicut est in p. mo  
libro in Cap. 21. ad fol. , usque ad fol. &  
projiciantur in ignem. Deinde Magister  
tenens Imaginem pictam Demonis cum  
suis nominibus super ignem legat sequente  
adiurationem. Opprobria in malignos spi-  
ritus, & maliciones sequentes.

**A**Udite, audite, audite vos supradicti  
spiritus a Deo maledicti, et precipitate perpe-  
tualiter in penam eternalem, nefandissimi,  
nequissimi Dei rebelles, mendacij Patres, omnium  
proditores, radices omnium malorum, origines  
discordie, vitiorum fomites, insipientes, insensa-  
ti susurratores, heretici, apostatae, spurchissi-  
mi sceleratissimi, fetidissimi, omni bono vacui et  
omni malo pleni, homicida, reprobi, filij per-  
ditionis, et maledictionis eterne, hostes hu-  
mani generis, vite raptores, iustitie dedinato-  
res



res, origines avaritiae, serpentes vilissimi, lu-  
pi rapacissimi derisiones totius Angelice  
Nature, ignorastis, ut insipientes, et dixis-  
tis in corda vestra, ut stolidi, non est Deus re-  
cognoscite Igitur sententiam vestram horribi-  
lem, et penam terribilem amaram, fortem, et mul-  
tis flagellis, et angustijs plenam: quoniam no-  
minibus, et verbis divisi rebelles fuistis, et  
tantorum nominum honore, reverentia, ti-  
mora, et obedientia dignorum, quam statim  
volo dare, et dabo vobis Spiritus nequissimi,  
potenter, et horribiliter auctoritate, virtute  
et potentia Magni Dei omnipotentis, qui  
creavit Caelum, et Terram, et omnia que in  
eis sunt, et permanent. Qui venturus est ju-  
dicare vivos, et mortuos, et vos, et omnes  
alios Spiritus, <sup>et demones iterum, et seculum, et ignem nisi</sup> adimplete meam voluntatem,  
et venite in meam presentiam, et mihi obe-  
diatis, sint vobis omnia supradicta. Amen



Spiriti supradicti nequissi-  
mi, et nefantissimi, aucto-  
ritate, virtute, et potentia  
Magni Dei, et totius Curie  
Clestis maledicti et blas-  
phemati

97  
phemati sitis perpetualiter in pena eternali, et nul-  
la requies in vos sit, sistatim audito verbo non re-  
cedatis festinanter confusi, et victi a me, propter  
meam scientiam, ut dicatis mihi Veritatem de  
quacumque re exentes huc, et sine mora veni-  
te ad meam presentiam, et facite omne quod e-  
go vos rogo, eo modo, et et ea conditione, ut  
superius vobis sepius iniunxi, et dixi, et per om-  
nia nomina, et in virtute omnium nominum, et  
verborum, quibus omnes gentes obediunt, et ti-  
more, ac pavore eorum omnis gens contremi-  
scit, et timet, et per Deum, per quem tonitrua,  
et fulgura fiunt, que vos Spiritus nequissimos,  
et subditos vestros horribiliter destruent poten-  
ter expellant, et cum impero magno crudeliter  
fulminabunt; per illum vos potenter male-  
dico Spiritus nequissimi vos anathematizo vos  
privo omni vestra virtute, et potentia vos preci-  
pito, et projicio in majorem cruciatum, qui sit  
in inferno, et per virtutem eius in stagnum ignis,  
et sulphuris indissolubiliter vos relego, et eter-  
naliter condemno usque in diem judicij con-  
cremandum horribiliter, et nisi facies illud quod  
ego dixi tibi supra, deinceps omnis situs, et lo-  
cus



cus sit vobis interdictus, preter centrum mundi  
infimum, ubi sit deinceps locus, et habitatio  
vestra usque in diem Iudicij, ubi sitis su-  
bediti omnibus, omnibus, et singulis penis in-  
fernalibus acrius, et darices Lucifero: et  
nullus sit, qui tibi obediat, per hec Dei nomi-  
na, et in virtute, et potentia ipsorum, † Ado-  
nay, † Apla, † Iesus, † Tetagrammaton, †  
Sabaoth, † Messias, † Soter, † Emma-  
nuel, † Hagios, † Ho Theos, † Ischir-  
os, † Athanatos, † et per omnia alia Dei no-  
mina terribilia, et ineffabilia: quoniam  
vos fuistis rebelles tantis, et tam sacra-  
tissimis nominibus, et mysterijs Dei et ma-  
ledictio Dei omnipotentis Patris, et Fi-  
lij, et Spiritus Sancti, et ira, et indi-  
gnatio Beate Virginis Marie, et omnium  
Sanctorum Angelorum, et sancti Ioannis  
Baptiste, et totius Curie Celestis, et omn-  
ium Creaturarum Dei signo Sancte crucis  
consignatarum veniat, et descendat festinan-  
ter super vos, et super Luciferum Belzebuc  
Satan, Astarot, Behemoth Beherit, et om-  
nes Principes subditos vestrum demonio-  
rum

98  
rum, et demones cuiuscumque conditionis, et vir-  
tutis existant, si vobis nequissimi Spiritus aliquod  
subsidium dederint, et non sit qui vobis, nec eis obe-  
diat, per omnia que dixi, et dicturus sum, et deinceps  
semper in virtute, et potentia omnium, que  
superius nominavi, et in nomine, et in virtute,  
atque potentia magni Domini nostri Omni-  
potentis, fortis, et terribilis Iesu Christi Na-  
zarenii pro nobis miseris peccatoribus crucifi-  
xi, sit contracta, et ligata indissolubiliter omnis  
vestra potentia, et cuiuslibet alterius vobis fa-  
ventis, et verbis divinis resistentis, et man-  
detis meis, immo Deus Iesus Christus Filij  
Dei Patris Omnipotentis, cuius autoritate,  
et officio nunc fungor, licet immeritus, et mi-  
ser peccator sim, et insufficiens mea fragilitate,  
et defectu virtutis. Et sicut Iesus Chris-  
tus ligatus fuit, et acriter a Iudeis flagellatus,  
et Cruci clavibus affixus, et coronatus ab ip-  
sis absque ulla misericordia, et Terra mota est  
velum Templi scissum est in duas partes a  
summo, usque Deorsum, et multa corpora san-  
ctorum qui dormirent, surrexerunt, sic omnia que dixi  
et dicam, et facturus sum, veniat super te cum affectu  
Amens



Oratione quam dicere  
debes post hanc maledictionem, ita se-  
quitur.

**D**omine Deus meus, qui es Rex Regum,  
et Dominum Dominantium, te suppliter exoramus,  
ut festinanter sine mora aliqua hec adimpleas in fu-  
rore, et ira tua grata misericordia, in virtute, et po-  
tentia tua, et sicut dixisti, fiat lux, et facta est sic  
omnis maledictio, et pena dicta, et dicenda, et facien-  
da, fiat, et facta sit; non sit illi adiutor Domine  
nomen eorum deleatur, quoniam dilexit maledicti-  
onem, et noluit benedictionem; da nobis auxi-  
lium, et fortitudinem contra nequissimos spiritus  
stare. Adiuva me Domine Deus meus. Fiat mise-  
ricordia tua Domine super nos, quem ad modum  
speravimus in te. Non nobis Domine, non nobis; sed  
nomini tuo da gloriam, omnemque maledictionem, et  
penam, quam eis auctoritate tua in virtute, et po-  
tentia tua potenter, et viriliter tribui, et impenda,  
tu Domine Deus meus potenter confirma tua  
benigna misericordia, extende manum tuam, et ful-  
mina eos, et devorabit eos Terra, revertaturque  
in terram eorum. Amen.

Cap. XV.

Hic interroga de omnibus concernen-  
tibus spiritibus, & sequentibus eorum ad  
interrogantes eos, & costringere eos, ut di-  
cant veritatem. Postea sic sequere.



Coniuro vos **D**emones per illum,  
cuius Nativitatem Angelus Ma-  
rie Virgini annunciavit, qui pro no-  
bis peccatoribus descendit de Caelis, et incarnatus  
est de Spiritu Sancto, nascens ex Maria Virgine,  
et homo factus est. Coniuro vos **D**emones  
per eundem, qui vilibus indumentis indutus in pre-  
sepio iacere voluit, qui infantiles necessitates  
sustinens, uberibus virginis lactatus fuit, pastori-  
busque nunciatus fuit, qui que, ut legem impleret,  
circumcidi voluit. Coniuro vos Spiritus, et sequa-  
ces per eundem, qui magis Stella previa mani-  
festum se fecit, in templo que presentatus in ulnis  
Simeonis excipi voluit, et in Aegyptum fugit.  
Coniuro vos Spiritus, et sequaces per eundem,  
qui in-



qui inventus in templo in medio Doctorum fuit,  
et qui a Ioanne baptizari voluit in deserto quo-  
draginta diebus, et quadraginta noctibus ieiunavit,  
et a diabolo tentari voluit. Coniuro vos Spiritus,  
et sequaces per eundem, qui vocatus ad nup-  
tias, aquam convertit in vinum, quique cecos illu-  
minavit, sordos fecit audire, claudos ambulare, et qui  
infirmos propria virtute, et potestate sanavit.

Coniuro vos Spiritus, et sequaces, ut statim exea-  
tis huc, et venite ad meam presentiam, et facite  
omne quid ego dico vobis, per illum qui leprosos  
mudavit, mortuos suscitavit, ceco nato lumen  
restituit, super aquas siccis pedibus ambulavit.

Coniuro vos Spiritus, et sequaces per eum, qui  
in monte Tabor coram discipulis suis transfi-  
guratus est, et qui Caneam pro filia sua rogan-  
tem exaudivit, mulierumque deprehensam in  
adulterio, lachrimantem non deiecit. Coniuro  
vos Spiritus, et sequaces per eundem qui  
Publicanum ad penitentiam vocavit: Petrus  
lachrimantem suscepit; quique ex itinere  
fatigatus corpus suum fame, et siti afflixit  
et compatiendo nostris calamitatibus lach-  
rimatus est. Coniuro vos Spiritus, et sequaces  
per

100<sup>2</sup>  
eundem qui demoniacus, et potator vini appel-  
lari voluit, qui indigentiam paupertatis sustinu-  
it, quique cum Maria, et Martha ad monumen-  
tum Lazari defuncti ploravit, ipsumque Lazarum  
quatrduanum fequentem e monumento excitavit;  
quique prevides desolationem Hierusalem flevit.  
Coniuro vos Spiritus, et sequaces per eundem, qui  
dignatus est pedes discipulorum suorum lavare; et  
qui in Cena panem, et vinum suis Sanctissimis ver-  
bis in corpus, et sanguinem suum convertit; et app-  
ropinquante termino sue passionis, usque ad sudo-  
rem sanguinem ad Patrem oravit, et a Iuda suo di-  
scipulo tradi, et osculari voluit. Coniuro vos Spi-  
ritus, et sequaces per eundem, qui ab impiis de-  
risus, et vinculis ligatus, et ad Pontifices ductus,  
in concilio Iudeorum accusatus pugnis, et alapis  
in faciem demum cedi voluit. Coniuro vos  
Spiritus, et sequaces per eundem, qui sputis, et opp-  
robrijs affectus facie velari, colaphis cedi, palmis  
percuti, et varijs iniurijs blasphemari, ad column-  
am nudus ligari, et pro nobis usque ad sanguinem  
verberari voluit. Coniuro vos Spiritus, et sequaces  
per eundem, qui a Pilato traditus fuit militibus,  
et ab eis veste purpurea indutus, spinis corona-  
tus



tus arundine percussus, et genuflexionibus su-  
bsanatus fuit. Conjuro  $\dagger$  vos spiritus, et se-  
quaces per quem eundem, qui Rex Iudeorum  
iuste nominatus, a Pilato iniuste iudicatus,  
et eius iustu flagellatus fuit veste purpurea  
exutus, ligno Crucis oneratus, et cum latroni-  
bus deputatus. Conjuro  $\dagger$  vos spiritus, et sequa-  
ces per eundem, qui vestibus proprijs coram  
omnibus exutus, in Cruce elevatus, brachijs  
extensis, durissimis davis in ea affixus a pre-  
tereuntibus, ab ipsique summis Pontificibus  
blasphematus fuit. Conjuro  $\dagger$  vos spiritus,  
et sequaces per eundem, cuius labia dulcissima,  
et melliflua arverunt, faciemque illam sua spe-  
ciosam verberibus affectam, ut leprosam osten-  
dit, quique pro suis crucifixoribus Patrem exo-  
ravavit; Latronem in cruce exaudivit; Matrem  
propriam Joanni commendavit. Conjuro  $\dagger$  vos  
spiritus, et sequaces per eundem, qui sitiens felle,  
et aceto portatus fuit, quique, ad Patrem suum  
Magna voce clamans: in manus tuas commendo  
spiritum meum, dixit: qui venerandum illud ca-  
put suum inclinans, spiritum emisit. Conju-  
ro  $\dagger$  vos spiritus, et sequaces per eundem met,

101 2  
qui pretioso Sanguine suo totum mundum rede-  
mit, quique lancea in latere suo percussus fuerat,  
ex quo Sanguis, et aqua exivit. Conjuro  $\dagger$  vos spi-  
ritus, et sequaces per eundem, qui de Cruce vespe-  
re fuit depositus, quique in monumentorum se-  
pultus, maxima cum virtute ad infernos descen-  
dens, portas ereas confregit, et potentia sua dia-  
bolum vincit, et infernum expoliavit. Conjuro  $\dagger$   
vos spiritus, et sequaces per eundem, qui Tertia  
die resurgens a mortuis, Marię Magdalene et  
discipulis suis apparuit, et eis spiritum sanctum  
infundit; die vero quadragesima illis videntibus  
in Cælum ascendit, et post quadragesimum die  
spiritum sanctum Paracletum in lignis igneis  
super illos misit; et per eundem, qui venturus  
est judicare vivos, et mortuos, et vos maledi-  
cti spiritus, et sequaces vestros, et seculum per  
ignem, ut statim in ipso facto exeat huc, et  
sine mora venite ad meam presentiam, et faci-  
te omne, quod ego dico vobis; Nec te lateat sa-  
tana, nec vos lateat spiritus immundi, et se-  
quaces vestros, ubicumque maneatis, exite huc,  
et venite statim, et sine mora ad meam presen-  
tiam, et faciatis omne, quod ego dico vobis, et  
per ista



per ista s.s<sup>ma</sup> verba, nisi faciatis omnia dicta vobis, conjuro, impero cogo, et constringo, ut eatis in profundum abyssi usque ad eternitatem, et quod spiritus minores possunt imperare vobis, qui sitis maiores. Et ideo pro vestra nequitia, damnati, atque damnandi date honorem Deo  $\dagger$  vivo, et vero; date honorem Iesu  $\dagger$  Christo Deo, et Salvatori nostro; date honorem Spiritu  $\dagger$  Sancto Paraceto, in cuius nomine, atque virtute. Ego precipio vobis immundū spiritus, ubicumque manesis, ut exeatis, et recedatis hūc, et non facientes hec que dixi vobis, conjuro ut eatis ut supra, quia istum Deum, et Dominum nostrum Iesum Christum ad suam sanctam gratiam, et benedictionem, fontemque Baptismatis dono sue gratie vocare dignatus est, ut fieret eius Templum per aquam generationis, et remissionem omnium peccatorum, et per nomen, et per virtutem eiusdem Dei, et Domini nostri Iesu Christi. Qui venturus es iudicare vivos, et mortuos, et per ista s.s<sup>ma</sup> verba conjuro vobis, nisi faciatis illa ut supra dixi vobis, sint vobis ille pene ut supra dictū. Amen.

## Cap. XVI

Hic Magister alta voce fort' animo, et cum magna audacia invehendo contra spiritus, et vocare eos, ut veniant ad obedientiam Magistri ob omnibus quaternis partibus mundi. Postea sic sequere.

**A**udite immundissimi spiritus intellectus, ualiter impero vobis per Deum Patrem, et per Deum Filium, et per Deum Spiritum  $\dagger$  Sanctum. Admoneo vos, et vobis precipio nefandissimi spiritus, ut mihi obediat, et non facite vestra scelera, per Deum omnipotentem Creatorem Celi, et Terre, et per illam potentiam que vos de Celo precipitavistis ob superbiam vestram; et per virtutem, et in virtute Sanctorum nominum Dei, ut divinis verbis, et nominibus Sanctis, et omnibus verbis a me prolatis, et alijs hic existentibus; nec non mandatis omnibus sine



bus sine rebellionē, et contractionē festintan-  
ter obediatis cum effectu. Exurgat Deus,  
et dissipentur inimici eius, et fugiant qui o-  
derunt eum a facie eius. Sicut deficit fumus,  
ita deficiatis hūc, et venite statim in meam  
presentiam, et obedite mihi illius, cuius ego eli-  
co propter S.S.<sup>ma</sup> verba. Irruat super vos for-  
mido, et pavor in magnitudine brachij nominis  
Dei. Fiant vie vestre tenebre, et lubricum, et  
Angeli Dei, scilicet Michael, Gabriel, Ra-  
phael, et omnes alij Angeli Dei persequantur,  
et expellant vos Spiritus maligni, ut exeatis  
hūc, et venite ad meam presentiam, et sit vo-  
bis interdictum omne in eternum deinceps, et  
omnibus Spiritibus immundis, nisi mihi obe-  
diatis. In nomine Patris, et Filij, et Spi-  
ritus Sancti. Amen. Deus Pater vobis im-  
peret, Deus Filius vos cogat, Deus Spiritus  
Sanctus, et tota Trinitas simul vobis preci-  
piat, qui manetis hic, et venite statim ad  
meam presentiam. Et ego vobis precipio,  
Spiritus nequissimi, per hec eius gloriosissi-  
ma nomina, scilicet Alpha, et Omega,  
Aglā, Sadoy, Adonay, Hagios, Ho-  
Theos

103  
Teos, Ischiros, Athanatos, Sabaoth, De-  
us, Increatus, Pater, Filius, et Spiritus  
Sanctus, quod protinus sine lesione alicuius, et  
mei, ut statim, et sine mora venite ad meam pre-  
sentiam, et per hec Dei nomina S.S.<sup>ma</sup> facite o-  
mne quod ego dico vobis. Christus regnat,  
Christus vincit, Christus imperat vobis  
Spiritus immundissimis, qui statim exeatis hūc,  
et venite ad meam presentiam, et ego vobis impe-  
ro, nequissimi Spiritus, et alios sequaces vestros,  
per eius S.S.<sup>ma</sup> Dei nomina: Tetagrammaton,  
Heli, Emmanuel, Helym, Paracletus,  
Deus, Immensus, Pater, et Filius, et  
Spiritus Sanctus, ut festinanter, audito verbo  
hūc exeatis, et venite ad meam presentiam, et  
obedite mihi propter S.S.<sup>ma</sup> verba, et virtutem  
Domini nostri Christi. Amen. Et sit deinceps  
vobis maledicti Spiritus, interdicta omni via a  
Deo Patre omnipotente, et a Domino meo  
Iesu Christo, nec non omnibus malignis Spiriti-  
bus cuiuscumque virtutis, potentie, et conditio-  
nis existant. Per ipsum, et cum ipso, et in ipso  
Deo, et per hec eius veneranda nomina: Atha-  
natos, Soter, Deus, Aeternus, Pater, et



Fi<sup>l</sup>ius, et Spiritus<sup>s</sup> Sanctus, auctoritate  
Domini nostri Iesu Christi per omnia que  
dixit, et sum dicturus, vobis precipio vilissimi,  
rebelles, iniquissimi, nefantissimi, spurcissimi, et  
immundissimi Spiritus a Deo maledicti, et a  
Virgine purissima Maria, et ab omnibus  
Angelis Sanctis, et Archangelis, Thronis, et Do-  
minationibus, Principatibus, et Potestatibus,  
et virtutibus Cherubin, et Seraphin, a Patri-  
archis, et Prophetis, a Martyribus, Confesso-  
ribus, et Virginibus, et ab omnibus Sanctis, et  
Angelis, et a Celorum virtutibus gloriores, et in  
profundissimo Interni loco sitis devicti, re-  
legati, et submersi, et ab omnibus Spiritibus, et  
sequacibus a cuius cruciati nunc, et in eternum  
divino Imperio. Amen. Et maledictio Dei  
Patris omnipotentis, et Filij, et Spiritus  
Sancti, et ira, et indignatio omnium An-  
gelorum, et Sanctorum, et Sanctorum Dei, et  
totius Curie Celestis, et omnium gentium sta-  
tim sine mora, cum furore maximo dicendant  
super Luciferum, Beelzebub, Satan, et super  
omnes Principes omnium Spirituum, et se-  
quacium, et non sit qui vobis obediat, nec

illos

illos timeat, nec veneretur, sed omnes Spiritus, et  
sequaces contra vos statim irruant per virtutem, et  
in virtute omnium nominum Omnipotentis Dei, si  
vobis, nequissimi Spiritus, in subsidium venerint  
deinceps; et si omnis potentia vestra, et virtus  
contracta per virtutem magni, et omnipotentis  
Domini Dei, sic, et taliter, ut non valeatis deinceps  
habitare hic, non sit, qui vobis subsidium aliquod  
prebeat; sed omnes Spiritus, et sequaces in quocum-  
que loco existentes sint deinceps contra vos, male-  
dicti Spiritus, verbis, et nominibus divinis rebel-  
les, descendantque: magni Angeli Dei in prelio poten-  
tes, Sanctus Michael, Sanctus Gabriel, Sanctus  
Raphael, et omnes Superius nominati, qui sicut  
divino jussu omnes Dei rebelles de Celorum  
sedibus gloriores viriliter usque ad infima loca  
dejecerunt, ita vos expellant statim huc, et  
sine mora subito venite ad presentiam meam,  
et per illa S. S. <sup>ma</sup> nomina dicta ut supra conju-  
ro ut mihi obediat, et nolite mihi obedire im-  
pero ut eatis in ignem eternam perpetualiter,  
et per omnia S. S. <sup>ma</sup> eius nomina huius operis,  
et omnes virtutes, et nomina. Amen.



## Cap. XVII.

In hoc Capitulo sunt quatuor vocationes Spirituum, id est Spirituum aeris, Spirituum terre, Spirituum aque, et Spirituum ignis, & facere eos venire statim in obedientiam Magistri, & postea sic sequere



**C**onjuro vos Spiritus aerei per Deum Patrem omnipotentem, et Filium eius unicum Dominum nostrum, et Spiritum Sanctum Paracletum, et per Virginem Mariam Matrem Domini nostri Iesu Christi intemeratam, et incorruptam, et per illum, cui obedistis, quando imperavit Ventis, et Mari, et facta fuit tranquillitas magna: per Angelos, Arcangelos, Thronos, Dominationes, Principatus, Potestates, Virtutes, Cherubin, et Seraphin, qui volarunt per aerem cantantes nato Christo, gloria in Excelsis Deo, et in Terra Pax hominibus

bonis

105  
bonis voluntatis, et per omnes Sanctos, et Sanctas Dei, et per totam Curiam Celestem, et per omnia merita, et orationes omnium Sanctorum Dei, et totius Curie Celestis, que quotidie fiunt ad Dominum nostrum Iesum Christum Filium Dei natum ex Maria Virgine; Et per ista S. S. ma verba conjuro, et constringo vos Spiritus Aerei, ut sine mora faciatis ut supra, et venite ad meam presentiam, sine formidatione alicuius persone, et mei, et non dicite mihi mendacium, et sicut Beata Virgine Maria respuit omnem peccati labem. Amen.

**I**terum conjuro vos Spiritus Aereis, et omnia, que in vos, et de vobis vivunt, et in vos manent per Deum Patrem Omnipotentem Creatorem Celi, et Terre, et per Sanctam Mariam Matrem Domini nostri Iesu Christi. Et per S. Iohannem Baptistam, et per omnes Angelos, Arcangelos, Thronos, Dominationes, Principatus, Potestates, virtutes Cherubin, et Seraphin, et per omnes Patriarcas, et Prophetas, per omnes Apostolos, et Evangelistas Dei, et per omnes discipulos Domini nostri Iesu Christi, et per omnes Sanctos Martyres, Pontifices, Confessores, doctores



doctores que Dei, Monachos, et Eremitas, et  
per omnes Sanctos Sacerdotes, et Levitas Dei,  
et per omnes Sanctas Virgines Dei, et per to-  
tam Celestem Curiam, et omnes Sanctas o-  
rationes, et deprecationes, que in ipsa sunt  
quotidie, et per sanctum Sacrificium, quod  
quotidie celebratur per totum orbem ad Do-  
minum nostrum Iesum Christum, et per om-  
nia illa, quibus in nomine Iesu Christi conju-  
rari, Et constringi potestis. Ut vos Spiritus  
Aereis per ista s.s.<sup>ma</sup> verba statim venite ad  
meam presentiam sine mora, et sine formi-  
datione mei, et alicuius personae, et non dicite  
mihi mendacium, sicut Beata Virgine Ma-  
ria respuit omnem peccati labem, ut faciatis  
sine mora, ut supra, aliter ligo vos ut eatis us-  
que ad alborem Solis in eternum, nisi mihi o-  
bedite. Per Iesum Christum, qui venturus  
est iudicare vivos, et mortuos. Amen.

*Vocatio Spirituum terre communium  
quod si vis vocare unumquemque, da  
eum suum nomen*



Coniuro te  $\dagger$  Terra per Deum Trinum  
et unum

106.  
et unum, et Iesum Christum Dominum nostrum, qui con-  
ceptus est de Spiritu Sancto; natus ex Maria Virgine, et  
homo factus est, et pro nobis crucifixus, et in te sepul-  
tus, quem cognovisti, et cognoscendo tremuisti, et per se-  
pulcrum eius gloriosum, quod in te editum est, et per  
totam Celestem Curiam Dei altissimi, magni, et terri-  
bilis, et per omnes orationes, et deprecationes, que ibi  
quotidie fiunt. Quod ubicumque spirituum, qui ma-  
nent in te, veniant statim ad meam presentiam sine  
mora, et faciant meam voluntatem, per s.s.<sup>ma</sup> verba  
dicta, et dictura. O Terra aperi, et resurgens spi-  
ritus terrestres, ut statim exeant de te, et veni-  
ant ad obedientiam meam, sicut dixi supra, qui  
sunt Dei rebelles statim, et festinanter audito  
verbo, sicut absorbuisti dathan dico datam, et Abiron  
et per potentiam omnipotentis Dei Creatoris tui,  
qui in te humanitatus habere non dedignatus est,  
et sicut cete eiecit Ionam de ventre suo, et  
non retinuit: ita fac exire quemlibet, et spiritus  
terrestribus ego volo ad meam obedientiam, cuius-  
cumque conditionis, et virtutis existant, nisi in  
loco turpissimo tui, id est, in inferno inferiori, et  
ibi sine fine permaneant cum omnibus sibi fa-  
ventibus. Amen. O terra, sicut belva marina  
deglutivit



deglutivit Ionam Prophetam; et retinere non  
voluit; ita tu per nomen, et virtutem, et aucto-  
ritatem Domini nostri Iesu Christi Nazareni  
crucifixi, et per hoc Signum Sancte Crucis  $\dagger$   
ut facias exire omnes Spiritus terrestres ad  
meam obedientiam statim audito verbo, ut po-  
tenter mittantur ad infernum Inferiorem, ibi  
perpetuo cruciantur in centuplo, et acrius so-  
lito usque ad diem Iudicij extremi numquam  
exturi. Amen. Iterum conjuro omnia, que in  
te sunt, et stant in te, et de te vivunt Terra p  
Dominum nostrum. Iesum Christum Dei  
Filium, et per gloriosam Virginem eius ma-  
trem, per Sanctum Ioannem Baptistam, et  
per omnes Sanctos Angelos, Arcangelos, Thron-  
os, et Dominationes, Principatus, Potestates, et vir-  
tutes, Cherubin, et Seraphin. Et per omnes San-  
ctos Patriarcas, et Prophetas, per omnes Sanctos  
Apostolos, et Evangelistas Dei, et per omnes San-  
ctos discipulos Domini nostri Iesu Christi. et  
per omnes Sanctos Martyres Pontifices, Con-  
fessores, et Doctores, Monachos, et Eremitas  
Dei, et per omnes Sanctos Sacerdotes, et Levitas  
Dei; et per omnes Sanctas Virgines, Viduas,  
et contin:

et continentes Dei, et per totam Celestem Curiam, 107  
et per omnes Sanctas Orationes, et deprecationes,  
que in ipsa quotidie fiunt, et per Sanctum Sa-  
crificium, quod quotidie celebratur per Univer-  
sum orbem ad Dominum nostrum Iesum Chris-  
tum. Et per Sepulchrum, et omnia corpora omnium  
Sanctorum, et Sanctarum Dei, que in te locata su-  
nt; Et per vestigia pedum Christi, et omnium o-  
Sanctorum, et Sanctarum Dei, quod protinus facite  
venire Omnes Spiritus terrestres ad omnem volun-  
tatem meam, et omnes sibi faventes, ut in Infer-  
num inferiorem religantur, et nulla tenus eos  
retinere valeatis, nec ipsi vobiscum, nec vobis  
morari possint, sed fugiant, sicut pulvis ante  
faciem venti, cum omnibus sibi faventibus, et  
per ista S. S. <sup>ma</sup> verba conjuro <sup>te</sup> terra ut facias  
venire omnes Spiritus Terrestres ad omnem  
meam voluntatem, et nisi nolant venire, conju-  
ro, et constringo, ut eant ad Infernum infe-  
riorem usque in diem Iudicij: Amen  $\mathcal{G}$

Vocatio Spirituum Aquę, quod si  
vis vocare unumquemque d eum  
suum nomen



**C**onjuro te Aqua ubicumque sis magna vel parva per Iesum Christum Dei Filium, cui te calcabilem sub pedibus prebuiisti, verbis que eius semper obedisti, et per virgam Moysi, ad cuius ictum populo Dei cessisti, et per s. s. <sup>mum</sup> sudorem Christi, et per aquam, qua exivit de eius latere a Langino percusso, et per sanctam Mariam matrem Domini nostri Iesu Christi, et per omnes Angelos, et per omnes sanctos Patriarchas, et Prophetas, Apostolos, Evangelistas, et per omnes sanctos Innocentes, Martyres, confessores, Doctores, et Eremitas Dei, et per totam Celestem Curiam, et omnes orationes, et deprecationes, que quotidie fiunt in Celesti Curia ad Dominum Deum; Ita fac exire omnes Spiritus Aqueos, qui veniant ad meam obedientiam, nec omnes faventes eis, sed ipsi, et omnes sibi faventes de te festinanter expellantur cum furore, et impetu magno, sicut Iesus Christus expulit septem Demonia de corpore Marie Magdalene, ut ad Infernum dirigantur in locum Inferiorem, ubi maneant

in perpetuo

108  
in perpetuum, et sint cruciati acius solito. Amen.  
Iterum conjuro te aqua, et omnia que in te sunt, et in te, et de te vivunt, per Deum vivum, et per Deum verum, et per Deum Altissimum, et per Sanctum nomen Agla, per Sanctum nomen Adonaj, et per Sanctam Mariam Virginem gloriosam, et per Sanctos Angelos, et Sanctos Dei, quod nullo tenus retinere, nec continere voleatis hos Spiritus aqueos, qui veniant statim ad meam obedientiam, per s. s. <sup>ma</sup> verba, ut supra dicte sunt, et nisi veniant, conjuro ut eant usque ad Infernum inferiorem usque in diem Iudicij, sicut Christus expulit septem Demonia de corpore Marie Magdalene, ut ipsi, et omnes faventes eis dirigantur in locum inferiorem, ubi ipsi, cum omnibus faventibus sibi maneant in perpetuum, et sint cruciati acius solito Amen.

**V**ocatio Spirituum Igneorum quod s. s. <sup>ma</sup> vocare unumquemque, da eum suum

**I**nomen



niuro te Ignis, ubicumque sis, et permanens per Dominum Deum Patrem Omnipotentem



nipotentem, qui apparuit Moysi in Specie ignis,  
et qui liberavit tres pueros de camino ignis ar-  
dentis, et per omnia Sancta holocausta, que in te  
facta fuerunt in laudem Dei Omnipotentis  
et per omnes Angelos, et Sanctos Dei, quod nul-  
la tenus retinere vales hos nequissimos Spiritus,  
nec eis faventibus, sed ad <sup>ignem</sup> immense Flamme, et  
dire, idest in inferno inferiori, audito verbo fes-  
tinanter dirigantur sine mora, et veniant ad me-  
am statim presentiam, nec omnes eis faventes, et  
exinde nulla tenus exeant usque in diem Iudicij,  
et in perpetuum crucientur nisi faciant omnia,  
que dico eis, acrius solito, et omnes eis faventes.  
Amen. Iterum conjuro. Et omnia, que in te sunt,  
et permanent, et in te, et de te vivunt per Domi-  
num Deum Patrem omnipotentem, qui apparuit  
Moysi in Specie ignis, et per illum qui liberavit  
tres pueros ~~pueros~~ de camino ignis ardentis, et per  
Sanctam Mariam Matrem Domini nostri Iesu  
Christi, et per Sanctum Ioannem Baptistam, et  
per omnes Sanctos Angelos, et Arcangelos, Thronos,  
Dominaciones, Principatus, Potestates, et Virtu-  
tes, Cherubin, et Seraphin. Et per omnes Sanctos  
Patriarcas, et Prophetas; per omnes Sanctos  
Apostolos

109  
Apostolos, et Evangelistas Dei, et per omnes Sa-  
ctos Discipulos Domini nostri Iesu Christi.  
Et per omnes Sanctos Martyres, Confessores,  
et Doctores Dei, et per omnes Sanctos Sacerdotes,  
et Levitas, et per omnes Sanctos Monachos, et Ere-  
mitas Dei, et per omnes Sanctas Virgines, Viduas,  
Virgines, et Continentes Dei. Et per totam Cele-  
stem Curiam, et omnes Sanctas orationes, et de-  
preccationes, que in ipsa fiunt. Et per Sanctum  
Sacrificium, quod quotidie per totum orbem ad  
Dominum nostrum Iesum Christum celebratur,  
et per omnia illa, quibus in nomine Iesu Chri-  
sti conjurari, et constringi potestis. Et per omnia  
s.s. ma nomina, et verba conjuro te ignis, ut facias  
venire omnes Spiritus subpositos tibi, ut nisi  
veniant, conjuro, ut faciant omnem voluntatem  
meam, et nisi faciant, conjuro, ut eant usque ad  
infernum inferiorem usque ad diem Iudicij. Et  
per eum qui venturus est iudicare vivos, et mor-  
tuos, et seculum per ignem Amen.

## Cap. XVIII



Ora trattaremo due altri chiamate delli  
Spiriti, cioè quelli consistenti alliquattro  
elementi, e quelli dell'Inferno, ed a fatti ve-  
nire qualunque Spirito vorrai di queste  
due chiamate alla tua presenza, ed a  
fatti obedire sempre.



**C**oniuo **†** omnia, que de quatuor  
elementis composita sunt, et  
que de ipsis vivunt, et que in  
ipsis sunt, et permanent, et in eis habitant, in qua-  
cumque loco, et in quacumque parte mundi sint per  
virtutem, et omnipotentiam magni Dei omni-  
potentis que Filij eius, et Spiritus Sancti; et per sanctum  
ieiunium, et vitam sanctam, quam fecit Christus  
in deserto; et per abstinentiam, et orationes, et  
omnia bona opera, que fecerunt omnes sancti,  
et sancte Dei, et per omnes Angelos, et sanctos  
Dei; et per omnia alia, quibus in nomine Iesu  
Christi potestis conjurari, et ligari, ut protinus  
hos nequissimos Spiritus Dei rebelles, audito  
verbo a vobis expellatis, et veniant ad meam  
statim presentiam, et obediant mihi, et nisi no-  
lerent obedire mihi, conjuro, ut potenter ducan-  
tur ad infernum inferiorem, ibi in perpetuum  
cruciandi

110  
cruciandi acrius solito exinde numquam exituri  
usque in diem Iudicij cum omnibus fauentibus eis:

Amen **¶**

**V**ocatio Spirituum Inferni, et si vis  
vocare, et unumquemque da eum  
suum nomen.



**I**nferne, et ignis infernalis, et vos omnes  
penes infernales, et vos omnes Principes  
et Demones infernales, audite, audite  
et intelligite verba oris mei. Per illum te conjuro, **†**  
qui Lazarum quatuordecim mortuum foetentem re-  
stituit ad vitam, cuius pauore pertenuis contremu-  
isti, et omnia officia simul tecum, o Inferne con-  
turbata conturbata sunt, nec eundem Lazarum te-  
nere potuisti. O inferne, et ignis infernales, et vos  
penes infernales, et vos Demones infernales; pre-  
cipio vobis potenter per illum, qui vos suo subja-  
gavit Imperio, et per eius potentiam, et virtutem,  
ut audito verbo, nobis obediat auctoritate  
Domini nostri Iesu Christi, et adimpleatis om-  
nia mea mandata secundum voluntatem mei.  
Imperat tibi, o Inferne, Sancta Trinitas, Pa-  
ter, et



ter, et Filius, et Spiritus Sanctus, ut mihi  
obedias festinanter. Imperat tibi exercitus  
Angelorum. Imperat tibi Patriarum Cho-  
rus. Imperat tibi Prophetarum numerus, ut  
audito verbo, et intellecto obedias omnibus  
preceptis meis cum effectu sine mora fa-  
cias venire quemquemque ex Spiritibus ego  
volo. Conjuro te **I**nferne, et ignis Inferna-  
lis, et vos pene Infernales, et vos omnes De-  
mones, cuiuscumque virtutis, et conditionis  
sitis, per illum, qui contrivit portas tuas,  
et vectes tuos confregit, et qui abstulit ti-  
bi omnes Sanctos Patres, et in te legavit De-  
mones infernales, et eos in te cruciari pe-  
renniter iussit, qui brachio divinitatis, et  
potentie sue omnium demoniorum poten-  
